

**SCRIPTORES  
RERUM SILESIACARUM**

ODER


**SAMMLUNG SCHLEISISCHER GESCHICHTSCHREIBER,**

NAMENS DER

**SCHLEISISCHEN GESELLSCHAFT FÜR VATERLÄNDISCHE CULTUR**

HERAUSGEgeben

von



**Dr. GUSTAV ADOLF STENZEL.**

KÖNIGLICH PREUSSISCHEM GEHEIMEN - ARCHIV - RATH UND ORDENTL. PROF. DER GESCHICHTE AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU,  
ORDENTL. MITGLIED DER KÖNIGL. DEUTSCHEN GESELLSCHAFT IN KÖNIGSBERG, DER FRANKFURTER GESELLSCHAFT  
FÜR ÄLTERE DEUTSCHE GESCHICKSKUNDE UND DER HISTORISCHE THEOLOGISCHE GESELLSCHAFT ZU LEIPZIG;  
EHRENMITGL. DER DEUTSCHEN GESELLSCHAFT ZUR ERFORSCHUNG DER VATERL. SPRACHE UND ALTERTHÜ-  
MER IN LEIPZIG, DER NATURFORSCH.-GESELLSCHAFT UND DER OBERLAUSITZSCHEN GESELLSCHAFT DER  
WISSENSCHAFTEN ZU GÖRLITZ UND DES VEREINS FÜR GESCHICHTE DER STADT GŁOGAU, CORRESP.  
MITGLIED DER KÖNIGL. BAYERISCHEN ACADEMIE DER WISSENSCHAFTEN IN MÜNCHEN UND DER  
SCHLESWIG-HOLSTEIN-LAUENBURSCHEN GESELLSCHAFT FÜR VATERLÄND. GESCHICHTE;  
Z. Z. SECRETAIR DER HISTORISCHE-GEOGRAPHISCHE SECTION DER SCHLEISISCHEN GE-  
SELLSCHAFT FÜR VATERLÄND. CULTUR.

**ERSTER BAND.**

---

**BRESLAU:**

**JOSEF MAX & KOMP.**

**1835**

**240**

**127**

**240**

pam secum dispensare non potuisse<sup>a</sup> super voto religionis et continencie suscep-  
cioneque sacrorum ordinum, quin pocius<sup>b</sup> se meruisse iram dei. Propter<sup>c</sup> plagam,  
que venit tam inmaniter super eum anxiatus itaque, contingit eum intrare beate  
virginis ecclesiam in castro Ostrow<sup>d</sup> per uxorem fundatam gladio, quo<sup>e</sup> procinctus  
fuit, posito in altari. Cumque mente disponeret ad monachatum regredi, regno di-  
misso, prostratus ante altare in oracione aliquantulum obdormivit, tribus vicibus  
audiens<sup>f</sup> vocem: quid dormis? tolle gladium et in hostes irruere.<sup>g</sup> Tandem sur-  
gens, intra se ait: propter peccata mea, sicut<sup>h</sup> deus permisit meum deleri popu-  
lum, vult<sup>i</sup> similiter me delere,<sup>k</sup> melius est ideo in manus hostium incidere, quam  
mandatum domini non servare. Sicut fuit<sup>l</sup> voluntas in<sup>m</sup> celo sic fiat. Moxque<sup>n</sup> re-  
sumpto ense, suis militibus, qui fatigati dormierant, excitatis, quamvis paucis, as-  
censis equis signoque crucis signantes se, simul in exercitus hostium irruerunt.  
Quibus pugnantibus affuit in aere quidam, albis indutus, in albo equo vexillum al-  
bum super eos bajulans atque clamans in hostes<sup>o</sup> fortiter! tociens repetens hunc  
clamorem, donec totus hostium<sup>p</sup> exercitus sit prostratus; fluvius quoque<sup>q</sup> Wartha<sup>r</sup>  
ripas suas excessit sanguine occisorum. Quibus devictis in tantam sunt animosita-  
tem Poloni conversi, quod semetipsos prelio impetebant. Sed audientes omnes uno  
nomine se clamari mutuo se protinus cognoverunt, et illum in albis vexilliferum  
amplius non viderunt. In loco vero pugne rex construxit urbem, quam Poznam<sup>s</sup>  
racione cognitionis mutue nuncupabat.<sup>t</sup> <sup>1)</sup> Maslaus vero, videns se turpiter con-  
victum, furtive de exercitu fugit ad Gethas, quorum etsi princeps factus fuisset  
propter necem tamen illorum alto patibulo est appensus. Kazimirus ergo rex et  
monachus tandem de hac vita sublatus est anno domini MLVIII<sup>u</sup>.

1033.

**De Boleslao secundo.**

<sup>2)</sup> Cui successit filius ejus Boleslaus secundus, qui cum vivente adhuc pa-  
tre probus et liberalis existeret, eo mortuo regna omnia in circuitu gencium bel-  
lis invasit. Cumque apud<sup>x</sup> Gethas, Ruthenos<sup>y</sup> et Ungaros moram cum exercitu  
copioso aliquot annis traxisset, uxores<sup>z</sup> nobilium secum existencium<sup>aa</sup> auditis sini-  
stris rumoribus de<sup>bb</sup> maritis, longa exspectacione timentes rapi patriam ab hostibus,  
ne posteritate carerent<sup>cc</sup> servis nupserunt propriis. Quo audito revertitur Boleslaus,  
municipios capit, servos perimit et a mensis nobilium uxores prohibet et a thoro,

a) posse S. T. b) et V. c) et propter S. T. d) Ostraw M. T. e) quo f. S. f) audavit V. g) irruere S.  
h) sic S. T. i) vos S. T. k) delete S. T. l) si fuerit S. T. m) ejus in S. T. n) Mox quod S. o) in ho-  
stes, in hostes L. p) hostium f. S. T. q) fluviusque S. r) Warta S. T. Wortha M. s) Poznaniam S.  
t) nuncupabant M. u) milles. quinquagesimo VIII. S. mill. quinq. octavo T. v) mit dem Zusatze: qui inter-  
fecit sanctum Stanislaum S. T. Ohne Ueberschrift: Cap. XII. L. w) Qui S. x) apud f. V. y) et R. S. T.  
z) sed ux. V. aa) secum exist. f. V. bb) et de S. T. cc) carent M.

<sup>1)</sup> Chron. Polon. p. 41.  
<sup>2)</sup> Chron. Polon. p. 41.